

56
DE
FELICITATE
NICOLAI SEL-
NECCERI †1592

in
COMPLEXU VIRORUM PRÆSTAN-
TISSIMORUM
BEATE DEMORTUI

IN
ATHENÆO LUBECENSI

D. XXII. Octobris A. M DCCXXVI.

differuit

GEORGIUS HEINRICUS GOETZIUS, D.
Superintendens.



LVBECÆ

Typis Jo. Nicolai Greenii Ampliff. Senat. Typogr.

gr. erud.

150671/27

Vitt. Emding. — Vol. Sei —
10.

VIRI

Generosa stirpe orti, meritorum nobilitate insignes,
reverenda dignitate incluti, ac doctrinae &
famae laude praestantes,

Vosque

Juvenes ad literarum & virtutum studia
felicissime contendentes!



Es profecto mira accurataque consideratione perquam digna est, quam de *Benedicto Spinoza*, cujus nomen omnem superat impietatem! literis mandarunt Scriptores, (1) eundem, annum quadragesimum quartum aetatis agentem, inque limine mortis constitutum, omnes fores obstrui curavisse, quo & amicos & sacerdotes aditu & colloquio intercluderet, si fortassis in eam devenirent sententiam, quod facie mutata mutaverit doctrinam mentis suae, & corporis dolores irreligiositate & scelerum gravitate sibi contraxerit. Obstinato autem animo illum perverfas sententias propugnasse, nec ante discessum ex hac vita eas retractasse, neque monita virorum gravissimorum admittere voluisse, omnes omnino ingenue mecum profitebuntur. Quemadmodum vero hanc in defendendis erroneis dogmatibus pertinaciam evitandam atque abominandam esse verae pietatis ratio jure suo efflagitat; ita melius sibi ac rebus suis illi videntur consulere, qui puriorem doctrinam, e diviniis literis haustam, omni, quo possunt, studio asserunt ac vindicant, imo ad feram usque posteritatem transmittere allaborant, vel, si forte humani aliquid passi fuerint, atque a vero tramite deflexerint, in tempore revertuntur, ac pravam, quam imbiberunt, opinionem, deserere institunt.

(1) Vid. B.D. Frid. Ernesti Kettneri *Dissertatio historica, de Bened. Spinoza & Balth. Bekkero*, Lips. 1694. scripta, §. 6, & B. D. Jo. Wolffg. Jägeri *Disf. Ben. Spinosaе Vitam & Doctrinalia complectens*, & Tubingae 1710. proposita, p. 7.

tuunt. Laudandus ergo merito est Theologus ille celeberrimus, cujus laudes nulla unquam delebit ætas, *Nicolaus Selneccerus*, sapius hæctenus in Athenæo hoc à me commendatus, quod ad extremum vitæ terminum usque præcepta sacra, à Viris divina luce collustratis tradita, integre incorrupteque servaverit, servataque publico suffragio, in præsentia Virorum gravissimorum, edito, communiverit. Quapropter cum in eo esset, ut spiritum Creatori optimo, à quo acceperat, ad nutum ipsius redderet, non à lecto ferali Viros doctrina sacra præstantes arcendos esse iudicavit, sed, cum advocarentur, in eorum conspectu ingenuo pronuntiavit ore, se à vera doctrina, voce & scriptis defensa, nunquam hæctenus recessisse, sed illam morte sua, ceu firmissimo testimonio, esse communiturum. Quamobrem in eam nunc sententiam dilabor, Selneccerum eo nomine haud infelicem esse prædicandum, quod in complexu Virorum doctissimorum ex hac vita fuerit digressus. Meminit eorum diligentissimus ille Selneccerianæ vitæ Conditor, *Georgius Schroeterus*, hoc præclaro testimonio 2) usus: *Advocabantur Theologi, qui tum Lipsiæ erant, qui sine mora accurrebant, venerandi Domini Doctores, Georgius Mylius, Ægidius Hunnius, & Martinus Mirus, qui animadvertentes, vix unicum restare anhelitum, instare vero mortis punctum, quæsiverunt, num in confessione, quam semper docuisset, vitam claudere vellet? Nutu capitis annuit, fractaque voce ITA respondit. Sic in complexu trium Doctorem placide obdormivit.* Hanc itaque narrationem diligenter mecum perpendens, ab officio meo haud alienum fore iudico, si in hac Panegyri paucis demonstravero, haud minimam felicitatem *Nicolao Selneccero*, in complexu trium Doctorem præstantissimorum pie demortuo, contigisse.

Nolo autem nunc prolixius commemorare, Trium - Viros illos, *Martinum Mirum, Georgium Mylium, & Ægidium Hunnium*, ad voluntatem 3) incomparabilis illius purioris fidei vindicis, atque

A 2.

Ele-

(2) Vid. ipsius *Oratio de Vita Nic. Selnecceri*, p. 32. coll. *Tob. Heydenreichii Chron. Lips.* p. 197.

(3) Ipsum autem mandatum legi potest in *Dn. M. Jo. Jac. Vogelii Annal. Lips.* f. 269/9.

4.

Electoꝛatus Saxonix Administratoꝛis, FRIDERICI GVILIELMI, Lipsiæ tunc temporis comparuisse, ut capita conferrent, atque inter se colloquerentur, qua ratione exulceratis rebus sacris remedium adhiberi posset præsentissimum. Eum siquidem in finem *Selneccerus* quoque noster *Hildesix* valedixerat, ac Lipsiam rogatus se receperat, ut gravissimis eorum deliberationibus interesset, operamque in id conferret, quo pristino nitore ac tranquillitati cuncta restituerentur, atque inestimabilis illa docendi libertas recuperaretur. At enimvero antequam *Selneccerus* manum operi admoveret, à supremo Numine è vita discedere jubebatur, quapropter è re ipsius futurum credebant uxor ac liberi, omnesque, qui præsto erant, ut reliquis Theologis innotesceret, extremam ipsius appropinquare horam, & abiturientem ex hac vita piis precibus excipiendum esse, ac Deo commendandum. Accersiti ergo advolabant, ut gravissime decumbentem & colloquio & solatio exciperent juxta atque recrearent. Ast cum vox faucibus hæere ac penitus fracta esse videretur, ut unicum tantum verbulum ad propositam quæstionem de fidei veritate nunquam deferenda proferre potis esset, illi tamen testimonio suo singulos certiores reddere potuerunt de immutabili fide, Deo optimo à nostro in extremo vitæ articulo declarata. Et hoc suffragium, a Triumviris illis postea latum, magnum apud prudentes argumentorum sacrorum arbitros habuisse pondus, neminem inficias iturum arbitror, qui modo secum reputaverit, palmam testibus, omni exceptione majoribus, ac tribus cum primis, haud immerito deferri. Et hæc confessio, à *Selneccero* moribundo edita, *Georgium Mylium*, seu *Müllerum*, Theologum, & doctrina, & exilio, & meritis in Ecclesiam collatis, inclytum 4), facile permovet,

(4) Vitam eius luculenta oratione exposuit B. D. *Leonh. Hutterus*, e qua integram narrationem (minus tamen candide) excerptit *Melch. Adamus* in *Vitis Germ. Theol.* p. 758/99. coll. B. D. *Jo. Georgii Neumanni Programmata* a. 1707. de illo *Vittemb.* scripto. Spectat huc ipsius *Mylii* Libellus a. 1586 excusus, et hæc epigraphe insignitus: *Augsburgische Händel, so sich dieselben wegen der Religion, und sonderlich jüngst vor zwey Jahren in wessenden Calender Streit mit Georgen Müller, D. Pfarrern und Superin-*

movit, ut, cum verba in ipsius exequiis 5) ad populum faceret, nostrum à constantia & puritate fidei, voce & scriptis asserta,

tendenten daselbst zugetragen; Nec non eiusdem Mylii s. Mülleri S. Urbans Predigt D. G. Müllers von Augspurg, von seinem Zustand und Erlaubung daselbst gehalten auff S. Urbans Tage, d. 25. Maji a. 1584. gehalten zu Ehren und Dank der Heil. Dreyfaltigkeit in der Schlos- und Stift-Kirchen zu Wittenberg, d. 25. Maji a. 1586.

(5) Haud displicet, quædam ex *sermone funebri* in *Deut. 34. v. 1-8.* ab illo habito, nunc excerpere, atque hic repetere: D. Selnecker ist nicht ein Vertumnus und Polypus, ein Wetterhan und Wendehals gewesen, der heut das, bald morgen ein anders in der Lehr christlicher Religion angenommen, approbiret und unterschrieben hätte: Nicht hat er sich als ein Rohr gehalten, daß der Wind hin und her wehet, auch nicht als ein Mensch in weichen Kleidern, der um Herren Gunst, zeitliches Genießes, und weltlicher Ehre willen, zu allen unbilligen Fürnehmen und Veränderungen in Religions-sachen sich hätte bewegen und vermögen lassen, sondern in einmal erkantter und bekantter reiner allein seeligmachender Lehr der Evangelischen Wahrheit, wie diese einmal durch den theuren Mann Gottes und hohen Propheten Martinum Lutherum aus Gottes Gnaden an Tages-Licht gebracht worden, ist er die zeit seines Lebens alhier auff Erden, und bey seiner geleisteten Kirchen- und Schul-Diensten fest, treu, aufrecht und beständig geblieben, und bis in seinen letzten Athem auch nun in der Gruben hierein verharret. Die Kirche Gottes bezeuget es an unterschiedlichen Orten, unter welchen Dresden die erste ist, dahin vor etlich und dreyßig Jahren aus der berühmten Universität Wittenberg dieser seelige Doctor erstemahl zum Ehursfürstl. Hofflager und Hoff-predicatur beruffen worden. Auch zeugen solches Jena in Thüringen, Helmstädt in Braunschweig, und Hildesheim in Sachsen: Vornemlich zeuget solches Leipzig, und wird es bezeugen, so lange Leipzig ihr selbs gleich, und bey reiner Lehr beständig bleiben wird. Denn dieses Orts hat dieser treue Doctor zum andernmal im Hause Gottes gedienet, und seine aufrichtige Treue im Wercke Gottes bey euch Leipziger öffentlich und mit aller christlicher Beständigkeit sehen und vernehmen lassen. Von dieses theuren Mannes Getreue im Hause Gottes zeugen auch seine hinterlassene und im Druck verfertigte nützliche und gute Schrifften und Bücher, deren er mit eigener Hand geschriben, und aus freyer christlicher Kunst und Geschicklichkeit zu Wercke gerichtet, mehr durch öffentlichen Druck hat von sich kommen und ausgehen lassen, deren auch wohl manche kaum sonst mögen gelesen haben, welche sich doch kluge Meister und hohe Doctores gedüncken lassen, und Selnecker wol die Schuld ausgetreten, und ihn zu Hofmeistern und rechtfertigen sich haben gelüsten lassen, dem sie doch den Schulsack nachzutragen kaum würdig, und gnuag gewesen waren. So hat auch dieser seelige Doctor das überaus nützliche und löbliche Werck der Concordien verfertigen, und in diesen und andern christlichen re-

singulis verbis exquisitissimis commendaret. Idem postea præstitit *Martinus Mirus*, quem machinationes Lutherani nominis hostium Dresda, in qua Ecclesiasten aulicum egerat, injuste ejecerant, inque exilium pariter miserant, cum sacram paulo post cathedram apud Lipsienses conscenderet, ut honorificam ejus faceret mentionem, quod multa ob saluberrimam fidem subiverit certamina 6). Verum nec silentio prætermittendus est *Ægidius Hunnius*, qui controversiarum de rebus sacris tunc temporis ultro
citroque

formirten Landen anrichten und erhalten helfen, welches einige Werck so hoch und rühmlich, daß es ihm gemeine Christenheit in dieser vergänglichlichen Welt nimmermehr gnugsam verdanken kan.

(6) De hoc præclarissimi nominis Theologo alia occasione plura dicturus sum. Nunc verba ipsius, quibus in commendando *Selneccero* usus est, ex ipsius *homilia sacra*, quam *Dom. I. p. Trinit. sive d. 28 Maji*, in pericopam consuetam de *divite Epulone & Lazaro* ex *Luc. 16. v. 19-31.* habuit, adducam: Wir sehen jezund mit Schmerzen/was für Jammer die Calvinisten bey uns angerichtet, die alles in Kirchen und Schulen zerrüttet und verwüstet, die Einfältigen gärrert, verwirret und verirret, Mistrauen und Trennung zwischen Obrigkeit und Unterthanen, auch unter besten Freunden geursachet, treue Lehrer geängstet, gequälet, und etlichen das Herz und das Leben abgefressen, wie wir vorgestern ein Exempel alhier an einem fürnehmen Theologo †) gehabt. Dargegen ihre falsche Lehre allenthalben ausgesprenget, Catechismum und Bibel verfälschet, und die Christenheit ihres höchsten Trostes, ihrer ewigen Seligkeit berauben wollen. Hujus autem sermonis, cujus summam laudatus *Dn. Vogelius l. c. f. 267.* adducit, mentionem faciens, *M. Alexandri Becceri*, *Wolckensteinio-Misnici*, *Symmystæ Lipsiensis ad D. Thomae*, pessimum quoque animum silentio præterire haud possum. Is enim *Selnecceri* proli fuit ab institutione, multumque ab eodem, ob gravissima plenissimaque, quæ fundere solebat, carmina, fuit amatus, & Senatui amplissimo postea commendatus, ut inter verbi ministros reciperetur. At *Selnecceri* sui partes postea deseruit, atque, illo in exilium pulso, *Calvinianis* adhærere studuit, quapropter male audire coepit, omniumque odia in se derivavit, ut tunc temporis, cum sacro sermone, à *Miro* habito, interfuisset, atque sacra æde egredederetur, in vulgi furibundi manus fere incidisset, nisi in tempore fuga sibi consulisset, prout idem *Vogelius l. c.* refert. Hunc *Beccerum* ab officio Ecclesiastico *d. 7 Martii* remotum, in mente habuisse credo *Mirum*, in sermone funebri sequentia adducentem: Die, so sein Brod gefressen, haben ihn auch endlich mit Füßen getreten, und ihn auff Ehr und Gefahr, und also
mehr,

†) *Selnecceri* ergo exanime corpus die Veneris, sive die 26. Maji, post Festum Trinitatis tumulo fuit illatum.

citroque motarum erat scientissimus 7), atque propterea optime de invicto Selnecceri animo in mortis agone exhibito judicare poterat. Horum itaque, quos nunc adduxi, Virorum praesentia & amplexu frui tunc contingebat *Selneccero*, qui & ipsius assensum & ingenuam professionem coram cognoscere volebant, atque perspicere. Et haec est illa felicitas, cujus eum reddidit participem divini Numinis benignitas, quo trium Virorum suffragio hostium iniquissimorum insultus & mendacia, quibus pie demortuorum famam nunquam non lacerare solent, frangi possent atque contundi. Novit enim Deus omnium optime servorum suorum pietatem integritatemque, multis documentis comprobata, asserere ac propugnare, ut adversariorum consilia evanescant, omnemque illorum expectationem proterat ac prosternat. At cum *Selneccerus* noster in complexu Virorum humanissimorum placide expiraverit, forsam nec à vero me aberraturum esse spero ac tantum non confido, si illud beneficii ac compensationis loco habendum esse dixero, quippe qui ingenuos juvenes, ipsius operam & favorem ambientes, admisit libentissime, omniaque humanitatis officia, quae modo ab illo proficisci poterant, eisdem praestitit promptissime. Magnificum enim ac vere pium esse credidit, decoram sibi obligare indolem, eandem-

mehr, denn auff Zaab und Gut, Leib und Leben zugesetzt. Num vero hic *Lipsia* ejectus in *Palatinatu* sedem fixerit, me ignorare ingenue profiteor. *Casp.* autem *Peucerum* illum *Ludovico*, C. W. commendasse, sequentia confirmabunt: *Accedit ad vos iterum hic exul, M. Alexander Beccerus, qui Diaconus sub D. Gundermanno docuit, & servivit Lipsiensi Ecclesiae in templo Thomano, doctrina & moribus probatus vir, de illorum testimonio, quorum ad me literas attulit. Hunc si vestri, quibus cura rerum Ecclesiasticarum commissa est, retinuerint exploratum prius, & idoneo aliquo loco constituerint, credo recte eos facturos esse, atque ut faciant, hortor ac confido. Exponet autem coram vobis, quo res illarum terrarum redigantur. Vid. Decades tres Epistolarum, a D. Imman. Webero, Prof. Giess. a. 1702. Francof. ad Moenum, primum editae, p. 36.*

(7) De hoc conferri merentur *B. D. Leonh. Hutteri oratio parentalis s. Threnologia, de vita, rebus gestis & trist. obitu D. Aegid. Hunnii, Melch. Adami Vitae Theol. Germ. p. 723. sqq. & B. D. Jo. Georg. Neumanni Programma a. 1704. de illo scriptum, ac Sammlung von N. und N. 1726. p. 403 sqq.*

demque amicitiae reddere compotem. Hujus autem dum jam mentionem facio, haud injucundum erit de *Ruperto Erythropilo*, 8) quem *Selneccerus* nostri filii nomine maceravit, ac *γνήσιον υἱόν* appellare consuevit, quaedam nunc paucis annotare. Is autem ante centum annorum spatium *Hannoverae* extremum diem confecit, postquam de Schola & Ecclesia Hannoverana per annos quam plurimos bene mereri studuerat. Venit autem ille in *Selnecceri* amicitiam, cum ministerium & fidelem operam praestitisset *Martino Chemnitio*, cujus domesticus fuit, *Timotheo Kirchnero*, atque ipsi, quem saepius nominavi, *Selneccero*, Erfordiae congregatis, atque *Apologiam Formulae Concordiae* contextentibus. Perspecta enim ipsius indole ac virtute, haud difficulter ab eodem impetravit, ut Lipsiam, quae ingenuarum artium officina & piarum mentium nutrix dici meretur, secum duceret, quo studiis sacris diligentem operam navare, iisdemque aliquando coetui sacro prodesse posset. Miro autem ac paterno fere amore eundem est profecutus, ut, si non semel in una hebdomade in ipsius amplexum ruere solitus fuisset, haud leviter eidem succensere incepisset. Ipsius ergo cura effectum est, ut per quadriennium ibidem subsisteret, ac virorum quorundam benevolentiam experiretur, usque dum Hannoveranis operam suam addiceret, quibus etiam constanter adhæsit, ut & voce & scriptis aliis inservire, & provinciam sibi demandatam magno cum evolumento administrare allaboraverit. Non immerito autem hunc *Erythropilum* magno habuit in pretio *Selneccerus*, quippe qui animadvertit, illum, singulari Dei munere, tenebris Papatus, quibus in ætate tenera immerfus erat, liberatum, multa fortiter perpeffum, literis diligenter imbutum, moribusque ingenuis præditum fuisse, adeoque dignissimum sibi videri, qui & impense ametur, & aliis studiose commendetur, ac modis omnibus promoveatur. Et sane incluta *Erythropilorum* profapia, quæ adhuc hodie in ELECTORATU cumprimis HANNOVERANO viget, atque

8) Ea, quæ de *Erythropilo* breviter summatinque retuli, fusius descripta leguntur in fortgesetzter Sammlung von alten und neuen ad ann. 1725. p. 934/99.

9.
atque Avi & Proavi nomen & decus ad posterios transmittere an-
nititur 9), multum omnino debet *Selneckeri* amori, quo gentis suæ

B

con-

(9) Ad eandem referri merentur *M. Martinus*, & *M. Davides Erythropilus*,
quorum vitæ rationes ex homiliis funebribus, quæ ad manus meas pervene-
runt, excerpere, atque hic brevissime exhibere allubescit. *Is* vero *Hanno-*
veræ a. 1610. lucem publicam adspexit, & *a. 1655,* cum *Ecclesiasten aulicum*
& *Comitatus Nassovio Idsteinensis Præfulem Generalem* ageret, sub patrio
itinere febre maligna correptus, in ipso patriæ ingressu diem supremum
obiit, postquam tum *Helmstadii*, tum *Marpurgi*, studiis Philosophico-Theo-
logicis diligentem operam navaverat, & munia sacra in aula *Darmstatina* juxta
atque *Butsbacensi* ornaverat, variis pietatis doctrinæque documentis inclytus:
In matrimonio vixit cum *Anna Ursula Steuberia*, *D. Jo. Steuberi*, *Theol. Prof. &*
Past. Marpurgensis filia, atque ex eadem sex liberos suscepit, quatuor post
se relictis. *Obitum* ejus *B. D. Meno Hannekenius*, *Eccl. Lubec. Superinten-*
dens, affinitatis & amoris specimen editurus, hoc lessu dignum judicavit:

Theologi, Martine, tibi jam ferta parabant,
Qualia Doctorum tempora docta premunt.
Nunc lessum jubeor tibi in pestum scribere, postquam
Ossa recepit humus, mensque recepta polo est.
Triste tuæ Uxori, Natis & Fratibus, atque
Cognatis, omni Christicolæque gregi.
Quem tibi pascendum Christus commiserat! Istis
Surreptum ex oculis te doleo atque mihi.
Sed lessus sileat vivit Martinus & ejus
Justitiæ comit laeta corona caput &c.

Laudatur ejus pietas, Patri optimo, acie oculorum valdè orbato,
præstita, hisce verbis: Vielen dieses Orths ist annoch bewust, wasser gestalt
er in seiner Jugend seinem herzlichem Vater, wie er damahls mit dem be-
schwerlichen Augenschaden von Gott belegen, nebens seinen 5. Brüdern
mit seinen kindlichen getreuen Diensten sehr auffwärtig und beyständig
gewesen, welchen kindlichen Gehorsam ungezweifelt der Allerhöchste mit de-
sto reichern Seegen und ansehnlichen Ehren-Beförderungen hat erstatten
wollen. *Symboli loco verbis Nehemias c. 13. v. 31. usus est, prout p. 58. re-*
fertur: Das kurze Ampt: Kreuz- und Stos-Gebetlein Nehemia: Gedencke
meiner mein Gott, im besten, hat er nicht allein täglich Symboli loco
im Munde geführt, auch oftmals in die übergebene Stammbücher der
Herren

Conditorum Lipsiæ ornavit, ornatum ac præclaro testimonio instru-

Herren Studenten eingezeichnet, sondern auch ungezweifelt durch seine vielfältige Schwachheiten und Leibes Zufälle auch beschwerliche Ampts-Last und Sorge, Kreuz und Wiederwärtigkeit dazu veranlasset worden, daß er zu seinem Gott zum öfftern geseuffzet, Er möchte seiner im besten gedencen, und ihn in seinem Ampte, Stande und Beruffe mit seiner Gnade, Hülffe und Beystande nicht verlassen. Eandem *precationem Nebemiticam* integra concione in ipsius exequiis exposuit M. Ludolphus Waltherus, Pastor ad D. Georgii & Jacobi, & Rev. Presbyterii Hannov. Senior. Hic vero, M. Davides, mundum hunc ingressus est a. 1604. die Galli, atque finitis in schola patria studiis Jenam cum fratre M. Georgio se recepit, ibidemque per quadriennium substitit, quo elapso, & Gradu Magisterii impetrato, Hannoveram reversus, & Matris optimæ voluntati satisfaciens, Conrektoratum scholæ per integrum sexennium administravit. Eadem vero è vivis sublata, Academiam, tum Marpurgensem, tum Regiomontanam, adiit. In illa D. Justi Feurbornii, D. Jo. Steuberi, & D. Menonis Hannekenii, lectiones sacras, magno cum studiorum fructu frequentavit; In hac ab ore D. Jo. Behmii, Hospitis utpote sui, D. Cælestini Mislenta, & Jo. Fabri, dogmata purioris doctrinæ pio zelo tradentium, diligenter pependit, sed, annuente Fratre, M. Martino, Marpurgum, haud unis in mari superatis molestiis, altera vice salutavit, usque dum ad Rectoratum in Schola Hannoverana subeundum a. 1640. rite evocaretur. Paruit autem vocationi oblata, svadentibus Præceptoribus, quos ibidem habuit, fidelissimus. Horum enim consensum indicat *homilia funebris*, in 1. Petr. 5. v. 2. 3. à Conrado Olffenio, Eccles. Ægidiano, habita, p. 58. hisce verbis: Welche Vocation er in soweit acceptiret, jedoch daß er der Hrn. Professoren Theol. ihr Bedencken schriftlich darüber vernommen, die ihn zwar gerne zum Professore bey ihnen zu verbleiben behalten wolten, wenn nur die damahlige Kriegs-Ärube sie nicht daran gehindert hätte. Endlichen aber dem vorge-dachten Hrn. Magister gerathen, daß er nur in Gottes Namen den Rectorat in Schola patria, wozu er durch ordentliche Vocation beruffen, antreten solte, wie solches aus dem ihm communicirten schriftlichen Bedencken gnugsam erhellet, welches er denn auch gethan, und ist also in sein patriam gereiset, und hat mit grossen Ruhm seine Bedienung 2 volle Jahre verwaltet, und auch manchen tapffern Mann gezogen. Cum ergo specimina doctrinæ virtutisque in munere scholastico edidisset quam plurima, a. 1643. ad Pastoratum in æde D. Ægidio sacrata obeundem legitime fuit vocatus, eidemque per octo & decem annos laudabili cura præfuit, usque dum a. 1661 huic mundo se subtraxerit, anno ætatis quinquagesimo sexto & quatuor mensibus exactis, ac, libe-

II.

structum dimisit, dimissumque Deo & amicis (10) enixe commendavit. Sed satis verborum me fecisse puto de *Felicitate*, quæ in *Selneccerum*, morti vicinum, ex complexu Virorum præstantissimorum, redundavit.

Nunc ad vos me converto, Adolescentes per dilecti, breviter ostensurus, quæ ratione veræ felicitatis quoque participes reddi queatis. Complexum igitur Virorum præstantissimorum vobis volo esse commendatissimum. Hunc quærite in hac Scholæ vestra diligenter, ita scilicet, ut preces & matutinas & pomeridianas haud unquam negligatis, recitationes publicas Doctorum, qui vobis præfecti sunt, frequentetis, atque exercitia consveta omni mentis assiduitate instituatis. Hac siquidem ratione ad veram, quæ speranda est in his terris, felicitatem facillimo negotio adspirabitis, imo utilitatem maximam, & Præceptorum favorem, ac testimonium omni benedictione refertum, reportabitis. Si in Academiis aliquando vobis vivendum sit, autor vobis sum ac svasor, ut complexum Virorum & pietate & doctrina conspicuorum ambiatis, & ab eorum congressu nunquam vos avelli patiamini, quo & in pietate & literis indies indiesque majores consequamini profectus. Sic *Erasmus Alberum*, quod invictum illum Heroem, *Martinum Lutherum*, diligenter audiverit, ac postea ejus familiaritate non sine emolumento gavisus fuerit, pergrato agnovisse animo, ac publico scripto, quod adversus

B 2

An-

liberorum quinario post se relicto, quem susceperat ex *Elisabetha, Conradi Bode-stabii*, ad D. *Ægidii Diaconi*, filia, a. 1641 in matrimonium ducta. E filiis eminet summè Reverendus atque Magnificus Dn. *Davidus Rupertus Erytropilus*, SS. Theol. Licentiatus, Aulæ Regio Electoralis, quæ Hannoveræ est, Concionator Primarius, Consiliarius Consistorialis Ecclesiasticus Supremus, & Ecclesiarum Neostadiensium Præsul gravissimus, cui vegetos annos, ejusque familiæ amplæ & honestæ omnem prosperitatem apprecor medullitus!

(10) Commendavit autem eundem *Chemnitio* suo hisce verbis in *Epistola XXII*. usus: *Nunc eum M. Ruperto nostro vere pio & candido, aliud quid scribam non invenio, nisi ut tibi quasi præsentem ego cor meum aperiam &c.* Vid. *Epist. Selnecc. ad Mart. Chemnit. script. Specimen*, p. 38.

Andream Osiandrum paravit 11) , fatis prolixè hanc felicitatem
 ivisse deprædicatum, nuper admodum non sine mentis tripudio me
 legisse bene adhuc recordor. 12) De *Salomone Glassio* , insigni
 illo Philologo ac Theologo , relatum legimus , quod magni
Gerhardi complexu & contubernio usus haud pœnitendos inde
 perceperit fructus. 13) Nec unquam pœnituit *Ægidium Strau-*
chium , Theologum Vittenbergensem æque ut Gedanensem per-
 quam doctum & exercitatum , contubernii summi Viri , *Martini*
Geieri , cuius exemplo & institutione permotus sacras literas deama-
 vit, ac mirum in modum excoluit, 14) Horum vestigiis insitite
 quæso,

(11) A. 1551. cum in exilio esset , quippe qui se in *Dedicatione* , ad *Albertum* , Du-
 cem Borusis , directa , *Exulem Christi* vocavit. *Magdeburgi* , *Luneburgi* &
Hamburgi istud fuisse concinnatum , sequens indicat versiculus :

Virginis & Lune scripta est pars urbe libelli,

Quod reliquum Alberus scripsit in urbe Jovis.

(12) Ita vero scribit in adducta *Dedicatione* : Ich bin bey Doctore Martino,
 unsern lieben Etia , vor drey und dreyßig Jahren gewesen , und die le-
 bendige Stimm D. Martini (Gott Lob) oft mit Freuden gehört : habe
 auch in dreyen Jahren für seinem Tode , als ich durch den Höllischen
 Cardinal zweymal verjagt , den Mann Gottes oft gehört , und bin
 von ihm beherberget und täglich sein lieber Gast gewesen. Zuletzt so
 hat er freilich nie kein Buch geschrieben, das ich nit gelesen hette.

(13) Dilaudat ille hanc benevolentiam verbis valde prolixis , in *succincta &*
orthodoxa explicatione Cap. XVII. *Joh.* ad perillustres & generosos Comi-
 tes Swarzburgicos ita scribens : *V. Generosa clementi commendatione per-*
motus Vir Reverendus plurimum Clarissimus & Praecellentissimus Dn. D.
JOHANNES GERHARDVS , *Theologus incomparabilis* , *Præceptor &*
Patronus meus æterna animi promptitudine suspiciendus , non suae solum
mensae , *convictus* , *liberi accessus* , *conversationisque me participen facere* ,
sed in ipsa etiam Musaei proprii ac bibliothecae longe instructissimae pene-
tralia tanquam in amoenissimum studiorum Theologicorum Paradisum re-
cipere , *& per biennium in eodem suaviter fovere* , *sicque qualicunque meo*
studiorum cursui omnimodo prodesse voluit , pro qua rara quidam , at summa
ἀγαθοεργία & benevolentia æternas ipsi jure meritoque persolvo gra-
tes . Hinc laudatus *Gerhardus* in *Carminè* , quo ipsius *Glassii* commenta-
 tionem maectavit , ita eundem compellat :

GLASSI Theologi sidus sat nobile coeli ,

Musaei , victusque mei pars quinque per anno.

(14) Conf. B. *Strauchii* *Starcke und Milch Speise* in *Ap. f.* 143.

quæso, quo rebus vestris bene consulatis. *Adolphi Sauberti* vitam, quam degit, Academicam animo meo volvens, non possum non eandem aliis in exemplum proponere, eo quod in Academiis præclarissimorum virorum convictum & consortium prensaverit, prensatumque magno habuerit in pretio. 15) Nec in ultima

(15) Fuit hic Ecclesiastes Noribergensis ad D. Ægidii, & Gymnasii Inspector a. 1678. annum ætatis 44. agens, quippe qui a. 1635. lucem publicam adspexit, placide demortuis. Nomen *Adolphi* in memoriam invictissimi Svecorum Regis, *Gustavi Adolphi*, eidem impositum fuisse, sequens narratio, quæ in *Descriptione vitæ ipsius* p. 26. legitur, planum faciet: Kurz vor des selig verstorbenen Geburt ist des Herrn von Rågknitz Hochwohlgebohrner Gnaden ein jung Herrlein / als jeziger zeit hochansehnlicher Churfürstl. Sächs. Oberhoffmarschall, Herr Gustavus / Freyherr von Rågknitz / geboren worden, hat er aus sonderbarer Gnad und affection, Sr. Prediger Jo. Saubertum, S. G. zu einem Tauffzeugen angesprochen, mit beygefügter gnädiger Erinnerung, weil auch derselbe nechstens, durch Gottes gnädiger Hülffe, einen Leibes Erben zu gewarten hätte, daß Ihr Gnaden er hinwiedern zu einen Tauffzeugen / so fern es ein Sohn wäre, zu nehmen sich wolle erkühnen und gefallen lassen, und wolten sie zu dem ende sich vereinigen, unter beede gebohrne Erben die beede Namen des damal jüngst selig verstorbenen theuren Seldens / und gloriwürdigsten Königs von Schweden / Gustav Adolfs, auszutheilen. Dahero denn geschehen, daß gleichwie Ihrer Gnaden gebohrnes Herrlein den Namen Gustav, also auch unser selig verstorbener den Namen Adolf / überkommen. In ætate autem tenera varia pericula eum subire oportuisse, hisce verbis, p. 27. obviis, narratur: Stracks in seiner ersten Kindheit hat der allmächtige Gott unsern seel. Herrn Prediger zweymahl augenscheinlich vom Tode errettet: Einmahl nach empfangener heiliger Tauffe / da ihm iemand, aus unverständ, einen Zuckerstengel in den Hals gesteckt, worüber er albereit erschwarzet / und also schier hätte ersticken müssen. Das andere mahl, als er solte gehen lernen,

da

tima felicitatis parte ponendum esse statuit celebris *Davidis Georgii* debellator, 16) *Fridericus Jessenius*, Kilonienfium Antistes, quod

da er mit den Gängel-Wagen eine hohe Steigen hinab geschossen, und etliche Stund vor Tod gelegen / gleichwohl durch Gottes wunderbaren Schuß nicht das geringste verletzet hat. Is vero in Academia *Altorfna* M. *Lucae Friderici Reinharti*, Theol. Profess. primum, & cum secundum eandem Academicam peteret M. *Jo. Pauli Feltinger*, Philos. Prof. convictu, *Argentoratensi* postea, mensa *D. Jo. Schmidii*, *Helmstadiensi*, aedibus *D. Balth. Cellarii*, *Lipsiensi*, *D. Jo. Bened. Carpzovio* Hospite, qui tamen paulo post meliori vitae assertus fuit, *Vittembergensi*, *D. Jo. Meisneri* sermonibus epularibus, atque *Jenensi*, *D. Seb. Niemannii*, convivalibus oblectamentis est fruitus, prout haec aliaque, ipsius vitae rationes describentia, fusius enarrantur in *sermone funebri*, in *Dan. 12. v. 3.* ab *Andrea Unglenckio*, habito p. 27-30. Fratrem habuit *D. Jo. Saubertum*, Theol. *Altorphinum* perquam celebrem, de quo fuse commentatus est *Dn. D. Gust. Georg. Zeltnerus*, in *Vitis Theol. Altorph. p. 393/99.*

(16) Libri ipsius, *Dav. Georgii* deliramentis oppositi, mentionem injeci in *Bibliotheca Anti-Fanatica Lubecensi*, a. 1721. aperta, §. 8. Is vero satis uberim in *narratione*, de *vita sua*, quam contexuit, de affectis ejus differit, cujus verba, licet pluscula illa sint, hic apponam, quae p. 35/99. ita fluunt: Da der andere Prediger aus dem Ministerio zu *Tönningen* starb, hat man einmüthig auff mich gestimmeth, und durch eigene Boten mir zugeschrieben, daß ich solche vocation annehmen möchte, da ich mich zum erstenmal zwar des bedanket, und entschuldiget, weil ich vernommen, daß die abscheuliche Secte des *Dav. Georgii* daselbst eingenisset, daß ich mich darzu nicht begeben können; ich wäre zu blöde und schwach darzu, in so steten Streit und Ergerniß zu leben; Als sie aber vielmals angehalten, und mir zugeschrieben, sie wolten es in mein Gewissen gestellet haben, ob ich um solcher ursachen willen solche rechtmäßige vocation ausschlagen könnte, hinzu thued, wo viel Unkraut auf dem Acker wäre, da wären auch Leute nöthig, die es heffen ausrotten; meinen Willen darein ergeben, und gedacht, es wäre Gottes Wille / dem ich nicht widerstehen könnte. Bin also in Gottes Namen nach *Tönning* zum Predigamt gekommen, und in die 10. Jahr geblieben, immittelst habe Sorge, Mühe und Arbeit gnug gehabt, insonderheit mit den Anhängern dieser abscheulichen Secte, die alle rege geworden, wie sie gehöret, daß ich diesen Gotteslästerer mit seiner Lehre öffentlich angreifen dürffen, haben gesucht durch alle Wege und Mittel mich zu stillen und zu übertauben, bis sie es endlich zu Hofe geklaget, und eine Commision ausgebeten, darin sie zwar alle gehöret, aber lügenhaft und schuldig besunden, auch deswegen zur öffentlichen revocation, oder

des

quod inter Marpurgensis Academiae cives receptus Venerabilis Hannekenii nostri convictu & complexu gaudere, atque ab ejus ore pendere potuerit, qui propterea memoriam hujus felicitatis post beatum suum obitum instaurandam esse recte judicavit. 17) Felices ergo erunt illi, qui monita haec admittunt, atque ita studiis incumbunt, ut de virorum doctorum institutione & complexu sibi subinde queant gratulari. Tu vero, Deus optime, qui omnis felicitatis, quae publicae, quae privatae, custos es ac conservator, nos omnes felicitate hac bea, ut unusquisque nostrum suo diligenter defungatur officio, quo & in vita & in morte aliis esse queat emolumento. *Vocatio enim qualibet, verba amici Selneckeri,*

des Landes sich zu begeben, condemniret wurden, welches hernach in so weit gemittelt worden, daß sie eine fürgelegte *Confession in thesi* und *antithesi*, nach unsern Symbolischen Büchern und Vorbild der reinen Lehre abgefaßt, haben unterschreiben, und sich weiter mit dieser lästerlichen Lehre sich nicht zu bementeln, *reversiren* müssen. Ihre Bücher, so sie bishero sehr *secret* gehalten, sind endlich verkündschafft, und ans Licht gekommen, und guten theils durch den Scharfrichter auff dem Markte verbrennet worden, es hat auch die hohe Landes Obrigkeit durch öffentlich Mandat bey Lebensstraffe verboten lassen, daß sich niemand hinfort solte unternehmen, des David Georgii Bücher oder Lehre zu vertheidigen, und auff die Baselsche *Relation* H. Abbo Emmen eine Schrift und andere mehr, so wieder ihn mit Grund der Wahrheit etwa in den Druck gegeben, zu schelten und zu schmähen, dafür die Rechtgläubigen Gott gedancket, weil es schon so weit damit gekommen gewest, daß niemand für diesen Leuten des David Georgii in ungunen gedanken, es ward aber die Sache damit dennoch nicht gehoben, und ward damit nichts mehr ausgerichtet, als daß sich die Adhaerenten dieser Secte etwas zur stille begeben, und nach ihres Meisters Rath wieder untergedrucket, blieben doch die sie waren, darum bin ichs fast überdrüssig geworden, und als durch Gottes sonderbare Versehen ich über Vermuthen zu der damahls vacierende Pastorat-Stelle dieses Orts vociret worden, so bin ich froh geworden, daß ich einmal zu einer recht reinen Evangelischen Gemeine kommen möchte, und habe gedacht, der liebe Gott wolle mich zu Ruhe bringen, sonst hätte ich des Orthes halber keine sonderliche ursache zu wechseln gehabt.

(17) *Hicce autem verbis eandem commendavit: Da mir die Universität Marpurg in Hessen sehr recommendiret worden, habe ich mich dahin gehoben, und habe daselbst die 4. tapffern und berühmten Theologos, als H. D. Feurbornium, Steuberum, Hannekenium, und Thonforem, vorgefunden,*

ceri, Rupertii Erythropili, 18) adduco, iisdem sermonem hunc obfignaturus, quæ quidem à Deo instituta est, talis est, ut in ea cum sua & aliorum utilitate aliquis vivere & Deo placere possit. Obitio (s. administratio) autem illius felix non primarie ab hominis peritia, dexteritate & providentia, (quæ tamen non excluduntur) sed à Dei providentia & benedictione dependet: cuius quilibet particeps fieri potest, si modo poenitentiam, fidem & studium obediendi Deo, suo loco exercent.

Felix, qui miseram sortem prece vincit, & urget
Officium, & sequitur, quo vocat ipse Deus!

D I X I.

den, an welcher dexterität und sonderbaren Fleiß im lesen und disputiren publice & privatim mich sehr wol begnüget, namentlich habe mich aus des Gottseeligen Theologi, Herrn D. Hannekenii, dessen Tischgenosß ich gewesen / Lehr und Leben sehr wohl erbauet / daß ich Gott dafür gedancket, daß er mich in desselben Rundschaft kommen lassen. Unter andern habe ein sehr nützlich Collegium disput. contra Photin. Weigel. und Schwencckfeld. unter ihm gehalten, darin er uns den Statum controversiæ selbst gezeiget, der Reher eigene Worte vorgelesen, und wie am besten dieselben zu wiederlegen / angewiesen. Als nun a. 1635. eine fürnehme Promotio Magisterialis, (dazu sich verschiedene seine Subjecta an der Zahl XI. angegeben, unter andern des berühmten Theologi und Philosophi D. Christophori Scheibleri beyden Söhne, H. Arnoldus und Jo. Scheibler waren) vorgewesen, so bin vom meinem damaligen Tischherrn und Praeceptore H. D. Hannekenio und andern guten Freunden, mittelst vorhaltung allerley ursachen angemahnet, daß ich mich der Gelegenheit auch bedienen, und mit unter die Zahl der Candidaten solte anschreiben lassen, wiewohl ich nun darzu ganz keine Neigung gehabt, die zeit auch zu kurz, und schier verflossen, so habe mich doch bereden lassen, und zu allerlezt bey dem Hn. Decano, Hn. Victore, angemeldet, und nach abgelegten Examine, und verrichteten exercitio oratorio & disputatorio, des Orts gebrauch nach, in Magistrum promoviret, und ist mir primus locus, ungeachtet ich ein Frembder war, unter den eilffen assigniret worden. Vid. B.M. Gabr. Wedderkopfsi homilia funebris in 1 Reg. 19. v. 4. a. 1677. habita.

(18) Ex ipsius Postilla Methodica, (B.D. Frid. Balduini testimonio, ob eruditas observationes, quibus referta est, ex merito ornata) eiusdemque P. 2. p. 144 Vitteemb. a. 1606. impressa.

